



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad  
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo  
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

Statura, & effigies Caroli. cap. 1.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10502**

DE  
VITA ET REBUS GESTIS,  
**CAROLI CARD.**  
**S. PRAXEDIS,**  
**ARCHIEPISCOPI MEDIOLANI.**

*Liber Septimus.*

Statura, &  
effigies Ca-  
roli.  
CAP. I.



Vita sūt ex Caro-  
li factis, quæ cum  
historiæ filo du-  
ci commode non  
potuerint, mini-  
me tamen existi-  
mamus omitten-  
da. Vno etiam in  
in loco eius naturam, consuetudi-  
nem, disciplinam; ac animi imagi-  
nem quandam exprimere; huius vi-  
detur esse scriptio[n]is. nam vt in cor-  
pore toto diffusum sanguinem pro-  
priam tamen obtinere sedem vide-  
mus; ita Caroli moribus, licet vniuer-  
sa rerum gestarum narratione di-  
spersis; proprius etiam locus recte  
videtur assignari. Ex his igitur nunc  
aptam operi conabimur addere qua-  
si coronidem. atque omnia ad certa  
capita redigentes, prius quæ patent  
sensibus, queque in ipso fuerunt; de-  
inde quæ ad alios priuatim, publice-  
que referuntur; ordine quantum fieri  
poterit contexere studebimus: ec-  
clesiæque administrationem s; quæ  
que ei factæ sunt salutares accessio-  
nes, generatim comprehendemus.  
Statura fuit Carolus, quæ commu-  
nem non nihil supperaret: cui mem-  
brorum quoque magnitudo, ossibus  
saltē, respondebat; nam cānis tan-  
tam fuit, quantum ieiunij permisit  
assiduitas. magni oculi, cœruleique  
nasus grandior; rugis laxiorib[us] ab-

eo ad mentum deductis. capillus sub  
niger, subrufa barba, & incompta,  
quamdiu non rasit. Auctoritas vero,  
grauitasque multa, toto vultu palli-  
do, & macilento; veterum sacerdo-  
tum sanctitatem maxime referret.  
Robustum natura corpus idoneis si-  
gnis multi iudicauere: sed curis pri-  
mo familiaribus, dein ecclesiasticis,  
semper ætatem præcurrentibus; stu-  
dij litterarum, laboribus demum,  
vigilijsque episcopalibus, & varia  
corporis vexatione debilitatum.

Corpus vt tractarit; quibusve qua  
si gradibus ad summam vitæ asperi-  
tatem venerit; pluribus locis supra  
demonstratum est. quam ad rem v-  
sus est, Deo concedente, duobus ma-  
gnis adiumentis. alterum, quod nihil  
lubitò durius suscipiebat; sed sensim  
progrediens, tum vires experieba-  
tur, tum se paulatim assuefaciebat;  
in quo magnum salutaris progressio-  
nis momentum esse meritò existima-  
tur; ne vel se quis cito conficiat; vel  
defatigatus subsistat, aut de via de-  
clinet. Ita se in aquæ vñu habuit;  
ad quem annorum cursu ita peruen-  
tit, vt vinum paulatim minuendo,  
quam vero addendo; stomachus de-  
mum aqua sola contentus esset. Ita  
in ieiunio; quod multis annis, die-  
rum numerum per hebdomadas pau-  
latim augendo, fecit quotidianum;  
illudque prandij solius, nihil vespe-

*vitus, &  
fomus e-  
iusdem.*  
CAP. II.